

fructo esse, qui soli figura, soli scriptura, soli denique lineamentis; aut votibus vere fructo natis tantam mirabilitatem adscribunt. Idem D. Thom. 2. 2. q. 96. Delecti. Disq. mag. cap. 4. q. 1. & 3. Reyes. Franc. in Camp. Elyf. q. 22. & 23. Hinc iure Gabriel Medina, lib. 2. de Reela in Deum fid. cap. 7. inquit: Nullum maius mysterium in Hebraicis nominibus, quam in alijs cuiuscumque idiomaticis reperio; nisi quod quidam ingeniosa volumina de nomine Iehova tetragrammaton ediderunt; que non potius sint Rabbinica inventa, quam Theologici laboris fructus; non modo diffinitio. Idem invenies apud Molanum, qui, cum Poveias lib. 2. fol. 372. impudenter de Ecclesia Catholica dicat: Eccelestia Pagana peccat contra secundum Symboli articulum, dam syllabas & literas huius nominis IESU, secundum se consideratas, venerandas esse indicat: respondet cap. 57. de Pict. pro Catholicis: Setunt hi ex sacris concionibus, & aliunde, in literis vocis IESUS, non contineri aliquod mysterium, sanctitatem aut virtutem: casque non esse maiorem virtutem, quam tuam, aut meum nomen.

24. Si nihil aliud literæ nude, quorsum de audis literis tanta volumina? Cuncta Rabbinica & Cabalifica insomnia. Quid quod nomen Christi Hebraicè sit Iesuab, & aliorum haud aliter vocatorum fuerit Iehosuah? Quid inde? Etiam hocin casum: etenim de Iesu filio Iosedeoh, 1. Efd. 2. 2. ubi, Iosua, Heb. legitur Iesuab. Maluend. Iesuab. Unde clarè Rabbinantium mendacium, & inter nomen Iesu & aliorum, nullum interesse discrimen. An illud, quòd nomen Dei tetragrammaton, arcanum SS. Trinitatis, Igd. He, Vau, He, hoc est, Iehovab, insit nomini Iesu; meditanteque replicatur He (quod significat filium, seu Dei Patris verbum, sicut Iud Patrem, principium sine principio, & Vau Spiritum Sanctum, utriusque nexum). vel quia He filius habet solus respectus producentis & producti, qui non invenitur nisi divilive in alijs duabus personis: vel quia in filio Christo Domino, cum sit duplex natura, divina & humana, debebat in signum, feri replicatio He. Optimum & ingeniosam ratiocinium in concionem curiosam, quin ut mysteriosam nudam chatacturam venditarent figuram. Profundius negatur illiutri cogitatione Reuchlini quòd supr. Nomen (inquit) Sacrosanctum Iesuabem est, ac nomen ineffabile Dei Iehovab; interiechta litera, Sin. At quo intuitu interiechta? Quia Christus Salvator est; & litera Sin. habet figuram lampadis. Unde huc colligans Hais, 62. 1. ait: Propter Ierusalem non quiescam, donec egredietur ut splendor iustus eius, & Salvator eius ut lampas accendatur. Oleo enim utluceret, lampas egebat: ideoque Cantic. 1. 3. dicitur: Oleum effusum me mentuum. Io. Si lampas egebat oleo, Reuchlini cerebrum indigebat helleboro: Ex ipsi Rabbinis constat quoddam nomen ineffabile Dei. Tharphon. apud Kircher. d. cap. 7. in fine.

Tria sunt tempora, quibus usitata fuerunt tria diversa Dei nomina. Tempus natæ utriusque nomina Sebada (Saddai) tempus legis scripta nomine Dei Iehova: & tempus Messiam iusti nostri, nomine Ihsuab. Duo clara ex testimonio liquent: nimirum hanc Rabbinum cognoscere venisse Mesiã, cuius nomen Ihsuab; & nomen Iesu haud procedere à nomine Dei, sed econtràs quia Ihsuab iam nomen Dei.

25. Paulus Burgenlis in Exod. 3. q. 6. etiam rabbinizat, sed inconsequenter: dicit enim in nomine Iesu esse nomen Dei tetragrammaton, Iehovab; quòd quinque vocalibus tantum constat, cuius cogitationem amplectitur & pavidè eruditus Mendoza, num. 6. Si quinque literis vocalibus constat, unde nomen tetragrammaton? At quid quod in nomine sine quinque vocalibus? Deitatem (subdit Mendoza) que hoc nomine significatur, nullam admittere compositionem; sed esse rem simplicissimam & purissimam, sicut & voces purissimam habent prolationem IEOVA. Vah! Valebit anagramma? Legitur perspicuo O. E. I. A. lam Christus hoc nomine non erit agnus, qui tollit peccatum mundi. Sicut hæc iudicia, patitur illa. Sed igitur respondendum. Si quia voces simplicissimam habent prolationem Christi persona, que duplici mirabiliter constat natura. Deus est enim & homo; qui quidem si unus, non unus conversione divinitatis in carnem; sed assumptionem humanitatis in Deum. Adde, Genebrardum in Psalmor. prefat. nomen Iehova dicentem etiam apud Hebræos inauditum de Deo, illosque inficiari nullum huius prolationis habere divinum vocabulum: de quo aliquo dicemus Tautolog. 3. Alia puerilia navigendulsi effatanti; nimirum, Iehova esse nomen ineffabile, quia litera quibus constat, infonè sunt; & nullam per se articulatam vocem possunt exprimere. Ergo nihil significat, ne que significare nomen Iehova. Cur igitur tribuitur Deo, & Christo Domino? Quorsum tanta moles voluminum ac disputacionum? Sane nomen, dicunt, ineffabile esse, sed Christum declaratum huius nominis rectam prononciacionem, iuxta illud Psalm. 21. 23. Narrabo nomina suum

171.

tribus meis. Præclare quidem: sed quomodo? Perpende acumen, ingeniosamque cogitationem; sed debaccantem. Nomen hoc Iehova, quòd sine vocalibus scribitur (ipji viderint, quomodo sine vocalibus, quòd totum ex quinque vocalibus construerant) IHUM, si in medio recipiat literam Sin, convertitur in nomen IHSU, seu Iesuab. Ita Reuchlin, lib. 3. & Andr. Olander lib. 1. Annot. in Harmon. Georg. Venet. iam ab Inquisitoribus proscripti. Sint ergo hæc fatua: sed quid inde? Unde Christus docuit rectam prononciacionem nominis Iehova, ut nomen Dei fratribus rectè narraret? Si rectè in nomine IHSU, priusquam ille doceret, vocatum est nomen eius Iesus, quòd vocatum est ab Angelo, priusquam in utero conciperetur. Si litera S non esset in prononciacionem inventa, corrueret proculdubio tota sacri nominis machina, qua Cabalistarum tidentur embolia. Videtur utique mihi hos hebraizantes cum delirij cognitione dilirare, pessundantes vocari insanos, modò audiant doctos, callentes mytheria lingue Sanctæ, que ceteros arbitrantur nescire.

26. Nomen Dei haud quia constet vocalibus, vel non constet, dicitur ineffabile; sed quia sonat Dei essentiam, que indecibilis, indefinibilis & ineffabilis est. Nominatur Deus utique à nobis, sed non ideo proprie est à nobis nominabilis: igitur nullum nomen potest exprime secundum se innominabilem divinitatem naturam: quo quidem sensu, Prov. 3. 5. dicitur: Quòd nomen eius, & quòd nomen filij eius, si nosi? atruitque Dionys. de Div. nominib. cap. 1. & Theologi cum D. Thom. 1. p. q. rr. & Magist. 1. distict. 22. Aliquid enim par erat habere, quo nomine diceretur indecibile, & exprimeretur ineffabile. Hoc nomen nobis: Deus est, apud Græcos Theos, & sic de alijs nationibus; haud quia Deus nomen sit Dei, sed quia hac voce signamus, quòd nominare & diffinire non possumus. Naturam hoc nomine signamus Dei, sed nomine Dei non diffiniamus naturam, ut proprie Deum nominemus, quia non cognoscimus. Sic igitur dum per attributa nominamus, vel abtractè, exprimendo simplicitatem, uti Prov. 8. 12. Ego sapientia: vel concrete, declarando perfectionem, uti Exod. 15. 3. Omnipotentia nomen eius. Brevi de cunctis Magister Sentent. loc. cit. Deus (inquit) non est manus eà magnitudine, que non est quòd Pet. Lomb. ipse, ut quasi particeps eius sit. Deo non est aliquid maius. Bè ergò magnitudine magnus est, qua ipse est: non participatione magnitudinis magnus est; sed seipso magno manus est, quia ipse est sua magnitudo. Ite de bonitate, & aternitate, & omnipotentia dicendum est. Similiter de nomine censendum. Psalm. 82. 19. Ut cognoscant, quia nomen tibi Dominus: Hebr. Quia tu es nomen tuum Domine. Vid. Maluend. Ioann. 14. 13. Quocunque petieritis Patrem in nomine meo, exponit August. apud B. Thom. opusc. 60. cap. 6. In nomine meo, August. quòd est Christus Iesus.

27. Pro quo sciendum (quòd sæpe monui maxime Tom. I. 1. D. 5. n. 3.) nomen sumi saepècipius in Scriptura pro illo cuius est nomen, ut patet, Act. 3. 6. In nomine Iesu-Christi, v. 16. In fide nominis eius: cap. 4. 12. Nec enim aliud nomen est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri: quibus in locis nomen sumendum pro cuius nomen est, idest, Iesu-Christi. Unde cum ab hoc sit salus, qui dignus, ob tantam in hominem dignationem, maiestatem, potentia, honore; nomen eius frequenter usurpat pro eius potestate, maiestate & honore. Patet ibid. v. 7. In qua virtute, aut in quo nomine fecistis hoc vos? In nomine Iesu-Christi, v. 10. Non est in alio aliquo salus, v. 12. Expressit Paulus, Philipp. 2. 9. Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen quòd est super omne nomen: idest, maiestatem: nimirum, ut in nomine Iesu omni genu steterat celestium, terrestrium & infernorum: hoc est nomen: hic est honor: siquidem Dominus Iesu-Christus in gloria est Dei Patris. Magnam enim dicitur nomen & respectu ad imponentem, & respectu ad receptorem, ut ait D. Thom. in 3. distict. 18. art. 4. q. 3. ad 3. sed ubi de nominis virtute agitur, uti dum dicitur nomen Iesu, nihil aliud intelligitur, nisi ipse Iesus: ut astruit Vazquez de Adorat. disp. 8. cap. 8. inò Serar. quòd supr. quast. 12. Quare non dubito de effectu, quem nomen Iesu dulcissimum (quia dulcissimus Iesus) animabus, animifque nostris infert. Non est in alio aliquo salus. Non est in alio aliquo spes firmior: demonstrationes eius altruxerunt amorem, & maiorem charitatem: unde excitata à nomine memoria in redamationem, flagrans pectus uti in centrum tendit; quia corda trahit, eò quòd pro nobis & digna & indigna pertulit. Ita celebrat Bernard. in lubilo de Nomine Iesu, in fin. Tom. 2. & serm. 15. in Cantic. n. 5. & 6. Nomen Iesu lux, medicina, cibus. Iesu mel in ore, in aure melos, in corde tibulum. Hoc nomen (insit Chryzologus, serm. 144.) dedit cæcis visum, auditum surdis, claudis cursum, sermonem mutis, vitam mortuis; totamque diaboli potestatem virtus huius nominis effugavit. In hoc nomine

D. Thom. mine Deitatis tota adoratur maiestas. Suffragator D. Thom. Opuse. 66. loc. cit. Hoc nomen Iesus est magna & multa virtutis: est enim penitentibus in refugium, agrotantibus in remedium, pugnantibus in subsidium, orantibus in suffragium, quia confert veniam a peccatis, gratiam sanitatis, victoriam tentatis, virtutem & fiduciam impetrandæ salutis.

28 Hæc utique verissîma, sed accepto nomine pro persona: aliàs, quomodò nomen nudum veniam poterit peccatorum conferre, & salutem æternam impetrare? Ducimur hoc nomine in memoriam Christi, Altissimi filij Dei, qui pro nobis homo factus, salutem æternam contulit nobis, ipso in nomine significatam, siquidem in illo non magni nominis umbra, sed veritas:

Quo iure vocatum?

Nomen eius Iesum: ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum: Matth. 1. 21. Hunc Pater signavit Deus, & Deum nomine signavit, quia Deus solus salvare non potest. Proprium Christi nomen est, in quo cuncta alia nomina eminenter continentur: de quo vide Hieronym. in Ezech. 46. Damafum, Carm. de Salvatore, nomin. à v. 140. D. Thom. 3. p. q. 37. art. 2. & hic Suar. disp. 15. lect. 2. Quidam (inquit Seneca, Epist. 64.) Ego magnorum virorum & imagines habeam, & natales celebrem: Quidni illos & honoris causâ semper appellem? Quam venerationem præceptoribus meis debeo; eandem illis præceptoribus generis humani, à quibus tanti boni initia fluxerunt. Quid ergo? Sine dignatione summa in animum meum recipiam? Ego verò illos venero, & tantis nominibus semper assargo. Christus Iesus generis humani præceptor est, ex cuius doctrina salus. Unde illi qui talis doctrinæ lepra infecti (ut notat Augustin. 2. Evang. qq. cap. 40.) levaverunt vocem suam, dicentes: Iesu præceptor, miserere nostri. Luc. 17. 13. Nonne venerandum nomen, à quo tantum bonum fluxit? & toto corde adorandum, ad cuius prolationem genu stectendum: verum non propter nomen, sed propter Iesum, cuius est nomen; quo flammescit memoria, inardescit voluntas, iubilat cor, exultat pectus, lætatur auditus; igitur summè placet vel vocis tenor, ubi inhæret præ dulcedine sagittis amoris amor. Amicus sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Cæterum nullum gaudium ex sola voce, è sono literæ, quippe nihil virtutis vocationi, sed in vocationi. Nomen debet esse, quo rationis conceptus, & voluntatis affectus debebant exprimi, simulque persona cognita atque dilecta signari. Unde non nomen diligitur, nisi quia eo eius memoria excitatur dilecti & cogniti. Aptè Bernardus rhythmicè;

Senec.

Iesu dulcis memoria
Dans vera cordis gaudia;
Sed super mel & omnia
Eius dulcis presentia.

Virtus non in vocatione, sed in invocatione.

An non toties confortaris, quoties recordaris? Quid æquè mentis cogitantis impinguatè Quid ita exercitatus reparat sensus? Virtutes roborat, vegetat mores bonos atque bonos, castos fovet cogitationes: subdit loc. Cantic. præf. Non nominis elementis confortamur (in quolibet folio Lutherus scribebat IESUS, verum longissimè cor) non nominis characteribus virtutes foventur; sed virtute cuius etiam est sacratissimum nomen, quod quidem ut è caelo compendium erat Christi virtutum, idest, salutis hominum: quandoquidem inter nos renuit accipere nomen, priusquam pro nobis effunderet sanguinem.

Bernard.

Lingua fatetur Iesum,
Nomine quo fundata salus stat nostra, fides quo
Nititur, æternæ tendens in secula vitæ.
Huius divino mortales munere fultis
Assequimur fragilem casti, evincere factis
Naturam, & rigide disrumpere vincula mortis;
Et non corporeis in corpore legibus uti.

Idem.

Accinit Claudian. Mamertus, Episc. Viennens. vocemat. in Vagos poetas, à v. 61:
29 Quid mirum, quòd Iesu nomen (idem de nomine Virginis-matris) vel in nummis aureis incudatur, & literæ illuminentur radijs? Non adoramus literas, nec nomen è literis collectum, ut calumniatur Povelus; sed illum per nomen significatum, Iesum scilicet cuius exprimus cultum, & voluntatis affectum: quandoquidem per venustas, decoras, coruscas nominis literas, excellentiam eius (cuius est nomen, & cuius gratiâ vel materiales nominis characteres illuminamus) quoad possumus, venerantes sculpsimus. Si nomina Regum in privilegijs, seu bullis formantur ex auro ob dignitatis auctoritatem, ab infordum arbitratu hæreticus, à colentibus radiari Principis principum nomen? Nominibus Apostolorum Agni decoratur Ierusalem cœlestis; & Ecclesia Catholica nomen non

Claudian. Mam.

Facessat Profanus Martialis, qui blandiens Celsari, de nomine amici lib. 9. Epigramm. 12; succinit:
Nomen cum rosis, violisque natum
Hyblam quod sapit, Atticæque flores;
Quod nidos ciet alitis superbae:
Nomen necare dulctus hato.
Respondent Veneres, Cupidine squer
Nomen nobile, molle, delicatum.

Apost. 11.

31 Tandem accedamus expositioni Tautologiæ, digressionibus quasi prætermisissæ. Aliquando nomen in Sacra pagina accipitur pro præcepto, seu præscripto: ut sæpe in Psalm. 44-18. Memores erunt nominis tui. 118. 55. Memor sui nosse nominis tui. v. 132. Secundum iudicium diligentium nomen tuum: quibus & in alijs affinis locis nomen significat legem, præcepta aut præscripta. Quo lucem accipit illustre testimonium Actor. Apostolor. ubi Petrus monet Hebræos: Baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi.

Idem.

Tom. VI.

venustabit Agni, mundi Redemptoris? Nihil veneramus in nomine extra nominis significationem, nec Iesu nomen, ut aliqui imperitè, vocamus Christi Salvatoris imaginem. Nomen Iesu est eius speculum, quippe totius eius propostus index in salute hominum: quapropter impoitus à cognitione Patris, respondens, ad quod missus proprietati muneris. Signum potest dici, non imago, quæ similitudinem dicit ad suum exemplar: Christusque exemplar, quid habebit cum characteribus, ut hi contineant aliquam cum Iesu similitudinem? Imago ex se habet representationem determinatam: characteres ex se nullam, quippe signa duntaxat ad placitum, merâ voluntate characteres inventientium; aliàs in diversis linguis idem esset à se diversus. Vide Soto 2. de Inst. & tur. qualt. 4. art. 2.

30 At dato & non concessio, quòd nomen Iesu esset eius imago, quòd omninò inficiori; quid inde propositio? Duplex est motus anima in imaginem (ait Angel. Doctor, 3. part. quæst. 25. art. 31) unus quidem in ipsam imaginem, secundum quòd res quædam est: alio modo in imaginem, in quantum est imago alterius: & inter hos duos motus est hæc differentia: quia primus motus, quo quis movetur in imaginem, ut est res quædam, est aliis à motu, qui est in rem. Secundus autem motus qui est in imaginem, in quantum est imago, est unus & idem cum illo, qui est in rem. Sic ergo dicendum est, quòd imagini Christi, in quantum est res quædam, nulla reverentia exhibetur, quia reverentia non nisi rationali natura debetur. Relinquitur ergo quòd exhibetur ei reverentia solùm, in quantum est imago: & sic sequitur quòd eadem reverentia exhibetur imagini Christi ac ipsi Christo. Patet nomen Iesu, prout res quædam est, idest, elementis compactum, quòd dicitur secundum se, connotatione seclusa; nulla dignum reverentiâ: sed venerabilissimum, respectivè ad Christum per nomen significatum: qua de causa à Suario hic scet. 7. dicitur Respectiva reverentia, quia nomen Iesu propriè adorandum, propter eum quem significat. Quod aliter quic ex illo Istit. 49. 7. Nomen enim magnum invocabunt in te, cuius magnitudo reverentiâ constabit: Reges videbunt, & consurgent principes, & adorabunt propter Dominum. Sic ergo, sed viderit leximus Doctore, quomodò necendum Propriè & Respectivè. Respectivè, assentiendum est: propriè, absolute significat, præter res quædam est; quòd quidem iure inficiori Angelicus Thomas. Unde nullius virtutis est nomen præter sic, quantumvis fingeretur imago, quæ nequit esse: tum quia nomina non sunt imagines rerum, sed signa, & signa ad placitum: tum quia nullus intercedit ordo, nulla similitudo, nulla proportio, nullaque inter utrumque adæquatio, necessaria omnino ad imaginis constitutionem. Quomodò ergo invariata imago perisset, variato exemplari, ut in nomine Iudas, representatione Patriarchæ, Machabæi, Thaddæi, Icarioris, Galilæi & aliorum? Idem in nomine Iesus, ad Iesum Nave, Iosedech, Sirach, Eliezer, Iustum, & Iesum-Christum. Hic differentius præ illis nomen hereditavit (quod si nomen nominati imago, nil differentius) quippe propter Iesu-Christi maiestatem, quam connotat, & ad quam referunt referens, veneratione dignoscitur, nostras excitans moventque potentias in cognitionem, amorem, ac recordationem (nihil habens nisi relativè) eius, cuius nomine gaudemus, & cuius amorem, minime gratis, flagramus. Cor illo audito & caro gaudente exultat. Dicam ex Prudentio, in Apotheos. à v. 462.

Nihil in eo mine veneratur, nisi significatâ per nomen.

D. Thom. Nullius virtutis præter nomen est.

Suar.

Tob. 13. 152

Nomen Iesu non est eius imago.

Nomen infligunt respectum signati.

Prudent.

Martialis.

Nomen pro præcepto seu præscripto. Actor. 1. 38.

si, in remissionem peccatorum. Nunquam nec in primitiva Ecclesia baptisma ministratum tantum sub nomine Iesu-Christi; sed semper ut hic præcipit in nomine Patris & Filij & Spiritus-Sancti: Matth. 28. 19. hinc dicitur In Iesu-Christi nomine: id est, ex præcepto, seu institutione Iesu-Christi. Post resurrectionem à Domino Apostoli ad gentes mittuntur in nomine Patris & Filij & Spiritus-Sancti baptizare gentes iubentur. Quomodo ergo quidam dicunt foris extra Ecclesiam, imò & contra Ecclesiam, modò in nomine Iesu-Christi ubicunque & quomodocunque gentilem baptizatum remissionem peccatorum consequi posse; quando ipse Christus gentes baptizari iubeat in plena & æterna Trinitate? Ita Cyprian. Epist. 73. Hoc est nomen Iesu-Christi, non nomen eius tantum, sed baptisum iuxta eiusdem institutum. Patet ex articulo Pauli, cum venisset Ephesum: igitur cum aliqui discipulorum Iohannis baptizati nec nomen Spiritus-Sancti audissent, mirans Paulus dixit: In quo ergo baptizati estis? Nequibant enim Christi accepisse Baptisum, quin cognoscerent Spiritum-Sanctum esse; cum concederetur sub præscripta forma Patris & Filij & Spiritus-Sancti. Si baptisum esset validum sub Iesu-Christi nomine, non erat necessaria noticia Spiritus-Sancti. Unde iubet Paulus, ut noticiam Spiritus-Sancti haberent, baptizari in nomine Domini Iesu: hoc est, baptismo à Iesu instituto, in quo expressio trium divinarum personarum: aliter nullam in Pauli mandato propositum; quippe si nomen Christi in baptismo, Christi nomen tantum diceret, & non baptisum formam ab illo præscriptam, Spiritum-Sanctum non cognoscerent, uti antequam nomen eius audissent. Nomen hic formam significat præscriptum aut præceptum. Unde in nomine Iesu-Christi baptizabantur viri & mulieres. Ibid. cap. 8. 12. Haud eam dispensatione in præscripta à Christo forma, ut vult D. Thom. citand. sed indispensabiliter sub Christi instituto; accepto nomine pro præcepto. Ita intelligendi sunt PP. asserentes baptisma validum sub nomine tantum Iesu: sed reiiciendi sunt. Magister Sent. in 4. dist. 3. & Caietan. tam in 3. part. D. Thom. q. 66. art. 6. quam in Matth. 28. quippe assertunt idem esse baptisma sub nomine Christi, ac in nomine Trinitatis, & utrumque validum. Verum hoc non nostri, sed Scholastici instituti est.

32 Denique præcepta sumuntur pro donis templo dicatis, in quibus scriptæ literis, vel hieroglyphicis sculptæ notis directiones, & ordinationes insignes, uti arbitrantur aliqui Tabulam Beminban, quam exponunt Ioann. Geörg. Hervvart in Theaur. Hieroglyphicæ & Kircher. tam in Obelisc. Pamph. lib. 2. cap. 9. quam in Oedip. Aegypt. Tom. 3. tot. syntagm. 1. Tabulam cathegoricam Idearum Platonis. Idem ibid. cap. 7. Tom. 2. p. 2. class. 12. cap. 5. & Cæd. Rhodigin. lib. 16. cap. 17. ubi subdit: Inter mysteria etiam Mercurij Trifone gisti mysterium nobile: Primus, ait, Deus & unus: primi pater est Dei, quem gignit in solitaria sui permanens ipsius unitate. Est autem exemplar filij, qui nominatur suimet filius, & unipater Deus verè bonus. Ille enim fons est idearum: à quo utique uno per se sufficiens Deus seipsum explicavit in litem: est enim principium, Deus Deorum, unus ex uno, super essentiam omnem, principiumque essentiali. Vid. Augustin. 7. Civit. cap. 28. lib. 11. cap. 10. & lib. 83. quest. q. 46. Idem dicendum de gradibus, seu arcibus sònum cogitatorum à Valentino, quorum schema apud Pamelium invenitur in præfatione libri Tertullian. Advers. Valentianum. Hac item causa commendabilis illa columna Romæ, in qua descripta cuncta itinera Italie, & leges duodecim tabularum in templo Capitolini Iovis suspenfarum, de quibus ex Marliano & Halicarnasæo egimus in Ephemer. Addi sanèquit ex Strabone lib. 4. loquente de templo Apollinis Didymei. Id à Xerxe incensum est, quemadmodum cetera templa omnia, Ephesino excepto. Postea Milesij templum construxerunt omnium maximum, quod propter magnitudinem remansit sine telco, varijs Antiquarum artium donis sumptuosissimè honoratum. Hinc Aries aureus apud Mythologos dictus pellis illa sacra Iuoco Martis in colchide, quippe in illa scripta præcepta Chimix, quæ docuit Phrixus, ut cogitat Natal. Com. 6. Mytholog. cap. 9. & fuccinit Apollon. lib. 2. à v. 178. Argonaut.

Hunc Aries vixit, quem Cyllenius aurum
Fecit. Nunc etiam suspensa est aurea quercus
Pellicula interdum crepitat qua leniter auras.

33 Astruit Macrobius acceptionem lib. 5. Saturnal. cap. 16. subdens: Post præcepta qua naturà res dura est; ut legentis animam novaret, singulos libros accit extrinsecis argumenti interpositione conclusit: primum de signis tempestatum, &c. Ex rebus sacris, ab Ethnicis non intellectis, eductæ fuere imagines Deorum suorum; ut fuscè protulimus Tom. 4. T. 1. num. 26. & T. 5. v. 75. quo intelligitur illud, 1. Machab. 3. 48. Expandervnt libros

bro legis; de quibus servitabantur Gentes similitudinem simulacrorum suarum. Confule Sanctium hic, & in cap. 1. Iona, Serar. in Iudic. 16. quest. 16.

33 Tam ergo expeditiores in arenam descendimus, ut sine pulvere Tautologias exponamus. Salomon cum occasione in vindictam iniuriam David, quas profugo tegerat audeo occasione Semei perindultriè quæreret; præcepit vel specie honoris, vel commodi in ruinam præcipit, ne exiret Semei de Ierusalem, & sub capitali pena: quod quidem & fuit præceptum à Rege, & iuramentum Semei: unde dicitur huic Salomoni: obijcit transgressorem, etiam arguit de fractione iuramenti. Non custodisti iuramentum Domini, & præceptum quod præceperam tibi. Ioseph lib. 8. Antiq. cap. 1. explicat: Nec contentus interminatione, iureiurando hominem ad id mandatum servandum adegit. Hic Præceptum sumitur propriè pro edicto: etenim edicere est Magistratum, Regumve: inquit Laurent. Valla, 5. Elegant. cap. 68. Non enim dixit, sed edixit Salomon decretam: non denunciavit, sed enunciando iussit. Hoc enim sentu Virgilius, 8. Aneid. 646.

Nec non Tarquinium electum Porfenna iubebat
Accipere, ingenique urbem obsessione premebat.

Non suadebat, sed iubebat præcipiendo. Proponitur voluntas Salomonis in præcepto tantum lex, quam comitantur min, non directive, sed coactive, severo edicto, utpotè in gravi causa: unde geminatione Præcepti præcepti innuitur animus imperantis firmitate asseverationis; uti diximus supr. n. 5. Firmè aliquid iubere: ait Donatus in Terent. Andria. Act. 3. scen. 3. v. 1. Saluf. in Gatlin. subdit: Iudices rerum capitalium, quibus præceptum erat: hoc est, ius præcipiendi sub capitali edictos ut minimè edicta iudicarentur suaviora, sed seridè præcepta. Sic ut infra videbimus, per gerundium exponitur Tautologia: Præcipiendo, nimirum, præcipimus. Arab. Nonne fuit præcipiendo præceptum? Quod etiam patet ex Hebræo: igitur cum omnia articuli Salomonis cum perduelli Semeo, essent maximi momenti; geminationibus exponit: pro Iusurandum, legit: Iuramentum quod iurasti. Pro Scito te esse moriturum, Sciendo scias, quod moriendo morieris: cui lectioni etiam faver Caietanus. Maluend. Cognoscere cognoscere, quia mori morieris. Scilicet, sine dubio, profectò, siemiter, sine mutatione sententia. Ita sensus de præcepto, quod utique geminatione exponitur; ut constet immutabilitas animi in decreto seu edicto, acceptà repetitione pro adverbio: habet enim verborum replicatio significationem emphaticam, & asseverationem erga prolata sententiam.

34 Connotat huiusmodi geminatio auctoritatem præcipientis & potestatem dignitatis: quasi fit aliquid aliquomodo factum contra præceptum, potestas sit in supplicium. Hinc huiusmodi in edictis stylus est habitentis supremam dominationem, & impugabilem potestatem: Principes gentium dominantur eorum; & qui maiores sunt potestatem exercent in eos. Matth. 20. 25. Homer. 8. Iliad. à v. 3. succinit: Iupiter verò Deorum concionem habuit gaudens salmine. Audite me omnes Dei, omnesque Deæ: Nequa igitur femina Dea, hoc neque aliquis mas Tentet rescindere meum mandatum. Quæcumque ergo Deorum scorsim velle intellexero, Sancius indecore redibit ad Olympum, Aut ipsum correptum projiciam in Tartaram obscurum. Cognosset deinde quantus sum fortissimus Deorum.

Haud aliter præcepti geminatio denotat Salomonis potentiam in vindictam transgressientis, contra eius sententiam imperiosam operantis. Unde Iulii quidam apud Philon. Bibl. dixerunt: Memores præceptorum sumus, qua præceperunt nobis prædecessores nostri, & Debhora mater nostra. Præcipere præcipiendo est cum violentià (si renuit animus obedire) posse rebellem compellere, & facillimè, ut dixi ad illud, 1. Reg. 26. 25. Faciens facies, & potens poteris: Tom. 4. T. 2. n. 16. & Tom. 5. T. 1. à n. 3. Amor ductu diverso conatus perficat; sed non in una fede moratur amor imperantis & maiestas imperij. Hec facit faciendo, ille mulcendo: quapropter Plato in Sympos. ait: Violentia amoris neminem tangit, nec faciens facit: id est, nihil in amore invitum, aut violentum: ductus mulcimine ducit, feveritate nec stimulat, nec cogit. Econtrà imperantis maiestas in expeditis decretis. Virgil. 4. Georg. v. 398. Sine vi non ulla dabit præcepta. Sophocl. in Oedip. tyrann. v. 54. Imperabis, ut imperat. Plaut. in Bacchid. Act. 4. scen. 4. v. 74. Qua imperasti, imperatum est, & Senec. 4. Benef. cap. 38. Perseverantia est; Quod semel dixi, quæcumque est, siquam, ratumque fit. Ita Pilatus pro maiestate muneris: Quod scripsisti, scripsisti. Ioann. 19. 22. Tom. VI. C 2

Cyprian.

Semper baptisum in invocatione Trinitatis.

Act. 19. 3.

Cap. 19. 5.

Præceptum pro tabularum templo dicitur, in quibus aliæ aliquæ ut littere figurate.

Merc. Trismeg.

Tabula insignes Antiquorum.

Strab.

Apoll. Rhod.

Macrobi.

3-Reg. 2. 43 Ioseph. Edicere quid sit Vall.

Virgil. DA

Geminatio pro adverbio.

Hebræ.

Maluend.

Phil. Bibl.

Vox geminata in præcepto pro maiestate præstatuam. Plato.

Virgil. Senecæ.

Præ.

to, edicto, aut denuncatione non demonstrabatur vivide animis ; adimpletionis absque ulla tergiversatione cupidus : & voce materis insignitur actio, ut clareretur quo animo fulmi- naretur iussio : igitur iussa magis recommendari videbantur, quibus non tantum praecepti materia fed quasi ipsum etiam praeceptum precipereetur. Hinc Arabic. legitur : *Momatum patris sui, quod praeceperat* ; ubi Volgaris : *Praeceptum patris sui, quod praeceperat eis.* Aptè Tautologia expressum, ut liqueret, ab eis tenaciter observatum ; quando- quidem figoratio in observatione uti praeceptum, quod à patre commendatum tantum uti monitum. Commendavit Iesus tribus discipulis altum de transfiguratione mysteriosum silen- tium, unde Aethiop. legitur : *Dixit eis Iesus, ne cuiquam, quae vidissent, nararentur* : & à duobus Evangelistis dicitur quod *Praecepti* ; quia *verbum continuerunt apud se.* Marc. 9. 9. Fuit commendationis observatio, quasi non credita, sed edicta sub praecepto : monitu- tumque uti iussum iudicaverunt, quippe *ipsi tacuerunt & nemini dixerunt.* Luc. 9. 36. In simile propositum Psalm. 7. de quo iacet. pro *In praecepto quod mandasti*, legit etiam : *In praecepto tuo, quod praecepisti.* Idem. 2. Paralip. 7. 13. *Si mandavero & praecepto locusta.* Ubi Hebr. *Si praecepto praecepto locusta.* Frequens est Synonymia, seu Epitaxis in expressionem conatus, ut late astraximus in *Prolog. Galat.* §. 4. numer. 2. & 13, sed qua- si non satis æquivalencia verborum, eisdem verbis in materia & actione profertur immuta- bilis asserverantia sententia. In Scriptura multoties effectus materiae sumitur pro materia, seu effectus pro causa, & consequens pro antecedente, metonymicè. *Aligat contritiones.* Psalm. 146. 3. idest, vulnera, ex quibus dolor, quo cor conteritur. Psalm. 4. 3. *Uiquid dila- gitis vanitatem?* Idola, nempè. Expressius Iob tautologicè cap. 3. 2. 5. (de quo, *Tom. 4. T. 8. num. 8.*) *Timor, quem timebam, evenit mihi.* Timor non timetur, sed malum, dicitque timuisse timorem, ad signandam acerbam gravitatem, materiam passionis vocando passio- nem, igitur in vehementiorem expressionem sub eisdem verbis eiusdem significationis, aptius promittitur, quod exprimi intenditur; sicut in praesenti Tautologia materia explicatur & actio. Haud alio intuitu Concilium dixit Apostolis, *praeceptis praeceptis* : & Salomon *Semeis Praeceptum quod praeceperam.* Stylum inveni apud Hippocrat. 1. *Aphorism.* 20. ubi signans, quanti momenti ordinationis ad medendum observantia; addit : *Nec movere, nec aliud quicquam novare. Quae dæcernuntur, decreta.*

Ter. 25. 16. Monit. ob- servanti pro praecepto.

Metonymia Effectus pro materia, & consequens pro antecedente.

Hippoc.

Psalm. 73.

Antropopa- ibos.

Genebr.

Plutarch.

Deus sempiterna lex & Rex firmo ac- obrium Dei.

Senec.

Omnes Re- ges sub hoc Rege.

Marian.

Exod. 34. 1. Ioanni. 8. 6. Cur lex san- cta in lapi- de scripta

40. Et in eandem firmitatem animi, aliis utique sensus excitationis Davidi, Do- mino dicentis : *Exurge Domine Deus meus in praecepto quod mandasti.* More humano lo- quitur, quasi in suam defensionem Deus dormiret, & oblivisci posset. Praeceperat Deus iudicibus, iudicium facere omnibus iniuriam patientibus. Nullus Regis iudex nisi Do- minus, illeque peti à Domino defensionem, quia infensum sine iudicio patiebatur iudicem. *Præsta* (inquit Genebrard.) *quod faciendum aliis praecepisti* ; nempè, ut neminem sinant in- iuste opprimi : pro praecepto quod mandasti, propter legem quam posuisti, & ut tuare decreverunt quod sanxisti. *Fac mihi iudicium, qui iudicium & iustitiam praecepisti.* Sus- fragantur Caicetan. & Malucend. Adrem Plutarch. quod dudum, num. 36. *Tot tantorumque quae caelestes largiuntur donorum & bonorum* (inquit) *non est fructio, nec usus rebus sine lege, sine iustitia, sine rectore.* *Iustitia quidem legis finis, lex manus Principis, Prin- cepts, cuncta ordinantis, simulacrum Dei. Quis igitur imperabit imperanti? Lex, non alicuius omnium Rex & immortalium. Habet, Iustitiam Iupiter asseforem, & ipse ius & iustitia, ac lex antiquissima & sanctissima.* Afflictus iniuste David de Rege tyranno queritur, cui mun- nus facere de persequentibus iudicium, ut Dei esset adequatum simulacrum, & imago. Quis ergo imperabit iuste, iniuste imperanti?

Quicquid à vobis minor expanscit, Maior hoc vobis dominus minatur. Omne sub regno graviore regnum est.

Succinit Senec. in *Thebest.* v. 609. & Eccl. 5. 7. *Si videris calumnias egenorum, & vicia lenita iudicia, & subverti iustitiam; non mireris : quia excessu excelsior est altus, & super- bios quoque eminentiores sunt alij, & insuper universa terra Rex imperat serventium.* Metri- cè Mariana dulcè modularur.

Uroquoque est maior sublimis rector Olympi, Immuni quoque reus vindice eo rec abis.

Hinc Deus semel & iterum legem in Lapide scriptis : Christusque dum scribentem iudi- cium signavit ad altera, lapis scripturae celsus, ut auctum Carthusian. in *Ioanni. 8.* Altitima- mo sane mysterio, ubi legum fit descriptio, haud assumpta alià materia, sed lapide, ex quo litera nequibat aboleri : equidem priusquam lex scribatur, medicanter pende-

denda, scripta non immutanda. *Lex facta cui Reges obtemperarent* : ait Tacitus 3. *An- nal.* cap. 27. ne liceret Regi, quod lovi, qui iudex iudice maior. Unde cum curæ Dei ef- fet iustitia, & Regis iniqui David gravaretur molestia; in iudicem Regem excitat iudicis iudicem, ut in illum faciat & perficiat, quicquid uti lex prima alijs facere praeceperat. Ac- sentiuntur cunctæ versiones. Hebr. *Iudicio quod mandasti.* Felix Pratenf. *Iudicium quod praecepisti.* Arab. *Ad mandatum, quod insisti,* Campens. *Ad vindictam, quam prae- cepto mandasti.* Malucend. *Iudicium, ius quod iussisti : iudicium iudicatum per praeceptum.*

Tacit. Liges in Ra- ges.

41. Deus fidelis & absque ulla iniquitate iustus & rectus, maxime in promissis. Hinc vel Ethnici constituerunt Iovem Medium Fidium, de quo in *Ephemer.* ad diem 5. Iun. *Dius Fidius Iupiter à Romanis, fuit dictus* (ait Guiliel. Stuck de *Sacrif. Gentil.* cap. 152.) *quod ut iuramento prærat, ita & fidei servanda qua in iuramento dabatur, præses es- set.* Quapropter Cicero pro Fonteio, inquit : *Ille Iupiter, cuius nomine Maiores nostri testimoniorum fidem sanctam esse voluerunt.* Hæc perpendens Iust. Lipsius cogitat insiu- randum, quasi Iovis iuramentum, *Iusiurandum* (inquit, lib. 1. *Electior.* cap. 18.) dicitur *Summi Deorum proprium, quia formata voce, quasi Iovis iurandum sit.* idem Apuleius de *Deo Socrat.* Quod quidem astrui potest pluribus Scripture locis. *Iusiurandum quod iuravit ad Abraham.* Luc. 1. 73. Idem *Actor.* 2. 30. & ad *Hebr.* 6. 17. Claret modò sen- sus urgentiæ præsi à tyranno Davidis, quippe Dominus in omnibus verbis suis sanctus & fidelis : q. d. Tu mandasti, mandata tua custodiri nimis : exurge ergo in praecepto quod mandasti, & iudica causam meam, siquidem tibi reservasti vindictam. Homines sanè ob- servantiam præscriptionem præcepti, si exurgas vindex in praecepto quod mandasti. Mandas- ti, & tu mandasti : ducor mandatis à te, non hominum præceptis, quæ ferè contra præcepta quæ tu mandasti, ut dicitur Marc. 6. 7. *Docentes doctrinas & præcepta hominum, relinquen- tes mandatum Dei.* Coloss. 2. 22. *Omnia in interitum ipsorum, secundum præcepta & doctri- nas hominum.* Hinc necesse est, quod exurgas : etenim virtutem accipiunt præcepta legis exemplo legislatoris. Ita Prosper. Aquitan. de *Provid.* v. 413.

M. dms. Fi- dius. Stuck.

Iust. Lips.

Discrimen iuramenti, & iusiuru- randi.

Legis in exemplum iuvat ire.

42. Ne aliquid in hocine argumento desideretur, operæ erit pretium circa voces præ- ceptorum & legum palliogas explicare ; quarum sensus genuinè per Hendiadiam expo- nitur. Frequens figura apud Sacros & Profanos, de qua saepe egimus. In *salicibus in me- ditio eius.* Psalm. 136. 2. idest, in medio salicem eius. *In lachrymis, in mensura.* Psalm. 79. 6. In mensura nimirum lachrymarum. *Ad sacerdotes & ad iudicem.* Deuter. 17. Hoc est, ad iudices sacerdotes. *Secundum voces suas & ministerium.* 1. Paralip. 24. 3. Nempè, se- cundum ministerium per vices. *Tres ordines erant in ore eius, & in dentibus eius.* Daniel. 7. 5. Scilicet, in ore eius erant tres ordines dentium. *In spiritu & virtute Ella.* Luc. 1. 16. pro in virtute spiritus Eliæ. Eodem schemate perspicuo intelliguntur plura testimonija legibus & præceptis signata. *In lege & in præceptis.* Ierem. 44. 23. *Leges meas & præcep- ta mea.* Eszech. 44. 24. Idest, præcepta legum mearum. Quod patet 2. *Machab.* 7. 30. ubi : *Non obedio praecepto Regis, sed praecepto legis.* Idem dicendum de testimonijs numer. antec. præfatis de præceptis & doctrinis hominum. Exempla profana verider apud Passerat. in *Pro- pert.* lib. 3. Eleg. 13. v. 53. La-Zerda in *Virgil.* 5. Aeneid. v. 504. num. 3. & plenior Tom. prioribus, 1. *T. 6. num. 36. 2. T. 3. n. 12. 3. T. 11. n. 12. 4. T. 10. n. 17. & T. 13. n. 7. 5. T. 3. num. 126. & T. 9. num. 23. 54. & 61.* Quia Antiquorum notitia de generis commodis, illustratio- ne, & micaulis, rebosque raris futuris dicebantur præcepta (ut vidimus, num. 15.) cō quod digna observatione iudicabant, ceterisque notata arque scripta relinquebant; quasi paterea Tautologie delibare aliquos Antiquitatis flosculos, decrevi: videtur sanè perspicuum, etiam Ethnicis, quod notum Dei manifestum sit illis: Deus enim illis manifestavit, quasi per um- bras ostendit; quoniam relinquentes Synagogam, ex Gentilitate Sponsam formaturus Eccle- siam. Aliqua indicavi Tom. 4. T. 1. n. 6. in reliqua procedendum.

S. Prop.

Hendiady.

Pallilogia.

Signa vel vnicinia di- cebatur præ- cepta.

43. Ipsa natura videtur docere, dum lapsum protoparentum & per quem delineavit in gemma. *Est enim Colonia* (inquit Marc. Georg. Draudius in cap. 46. *Solin.*) *in capsula- erium SS. Regum magna quantitatis onichinus, habens lachitudinem manus hominis & amplius : in quo super materiam lapidis onichini, qui sic sicut unguis, picta duo sunt capi- ta iuvenum albissima; ita quod est unum sub alio, sed elucet propositione nasi & oris, & in fronte capitum est figuratus nigerrimus serpens, qui colligat capita illa. In mandibula au- tem unius est caput Aethiopsis cum longa barba nigerrimum, & subit in collo est lapis ha- bens colorem unguis, & videtur esse vestimentum decoratum floribus circa capita. Probaui*

Lapsus Ada- mi in lapi- de onichino.

Draud.

autem quod non est vitrum, sed lapis: propter quod presumpsi illam picturam esse a natura, & non ab arte. De imagine Agni cum cruce in gemma, dixi Tom. præc. T. 3, D. 2 n. 8. De cruce plura subodorati Gentiles, cæsi habita pro tristissima ignominia. Unde ut mirabile notat N. Genebrardus, nunquam Tau, figura Crucis, immutatum in figura. Elementa auctore Esdra mutata sunt (ait, Ann. Mund. 3710.) Sed non mutavit tamen figuram antiquam litera Tau, ut qua gerebat formam Crucis; nam hæc post captivitatem Romanam, vel a Masoretis immutata est, vel a Rabbini odio Crucis. Dicta est litera longa: quapropter apud Plautum, per illam signatur Crux. Unam faciam literam longam, inquit, Aulular. Act. 1. scen. 1. v. 38. & in Rudens. Act. 5. scen. 2. v. 7. Longis literis signabo. Ita Cælius Rhodigin. lib. 10. cap. 8. Qui addit apud Ægyptios veneratam figuram, quippe in illa vitæ hominum vita, & cuius signo pectus Serapidis insigniebant. Hæc in veneratio prævaluit, maxime in Alexandria, ubi templum Serapidis augustius (uti diximus, Ephem. 25. April.) sub Ptolomeo Philadelpho, Septuaginta Interpretum influxu: et enim cum versionem Sacrorum bibliorum in Græcum idioma transferent; testinonia insigniora de Christi venturi passione & in cruce (quæ videlicet apud Alphons. Mendoza, Quodlib. q. 6. Expositiv.) aitari divino Spiritu, ita distincte exposuere; ut Rex miraretur: unde honorem deferre capiens Salvatori & salutis instrumento; literam Tau in maxima habuit veneratione, tanquam futuri salutis insignie. Ad Evardentium in Irenæum advers. Hæres. lib. 3. cap. 25. num. 5. Riber. in Habac. 3. num. 9. & Leon. Castrum, Apologetic. lib. 1. cap. 4.

44 Floridè Marfil. Ficin. De Vita cælestis propagand. lib. 3. etiam antiquiorem cultum apud Ægyptios reputet, de figura ita loquitur: Antiquiores autem figuram Crucis cunctis anteponebant; quia corpora per virtutem agunt ad superficiem iam diffusam, prima vero superficies cruce describitur. Sic enim habet longitudinem & latitudinem: primaque hæc figura est, & omnium quam maxime recta, & quatuor rectos angulos constituit: effectus enim cælestium maximè per rectitudinem radiorum angularumque consistunt. In uno enim stella quam maxime sunt potentes, quando quatuor cæli tenent angulos. Sic dispositæ radios ita consiunt in se invicem, ut Crucem inde constituant. Crucem ergo Veteres figuram esse dicebant tum stellarum fortitudinis factam, tum earundem fortitudinis suscipere Planetarum. Hæc autem opinio ab Ægyptiis vel inducitur fuit, vel maxime confirmata, inter quos characteres cruce una erat insignis, vitam eorum futuram significans, cuius figuram pectori Serapidis insculpebant. Ego verò quod de Crucis excellentia fuit apud Ægyptios ante Christum, non tam muneris stellarum testimonium fuisse arbitror; quam virtutis presagium, quam cum Christo erat acceptura. Astrologi autem quæbatim post Christum fuerunt, videntes à Christianis miranda per Crucem fieri, nescientes autem vel nolentes in Iesum tantum conferre; in cælestia retulisse. Idem refert Rufin. lib. 11. cap. 29. & Sozomenus, Ecclesiast. Institut. lib. 7. cap. 13. Quod si roges, unde nam Gentiles hæc signa sacra, imò mysteria tam abstrusa discere potuerint (inquit Villalpand. in Ezech. 9. 4.) respondebo, non esse novum, Romanos à Græcis, Græcos ab Ægyptiis, Ægyptiosque ab Israelitis multa accepisse pietatis nostræ sacramenta: nam Epiphanius contra hæres. lib. 1. hæres. 18. auctor est, Ægyptios memores illius dicit, quo à cade Angeli liberati sunt Israelitæ, qui agni sanguine postes domorum delinierant; solitos esse intrante Aquinocchio vernali, accipere rubricam & illinire omnes arbores, domosque universas, claviculae manes, quia in tempore hoc ignis vastavit omnia: contra quam luen remedium putant igni colore sanguinum rubrica. Quid vel in ipsa superstitione, nisi entusiasmus, dum Plinius lib. 28. cap. 4. inquit: In quartanis fragmentum clavi à cruce, involutum lana collo subnectunt. Verus erit sensus, si exulat superstitio.

Est operæpretium discere Theta novum.

45 Kircherus ex Abenephio Arabe, in Obelisk. Pampbil. lib. 4. Hierogram. 26. §. 1. & lib. 5. Schematism. 1. lateris merid. In Prodrom. Copt. cap. 9. & Oedip. Ægypt. Tom. 2. p. 2. class. 10. cap. 4. & 5. Tom. 3. in Theatr. Hieroglyph. cap. 2. & Syntagm. 5. cap. 4. schem. 1. inquit: Crucem Misraim à Noë per patrem Cham accepit: ille ab Adamo quæ quidem nihil aliud est, nisi character mysteriosus, cuius ope Angelus Raziel Adamum maxima quoque mysteria edocebat: qui quidem character per continuum successorem posteris temporibus per Noë ad Cham, & ab hoc per Misraim ad Ægyptios pervenit. Cham quoque illum in usum magicum convertit, & multa eo mirabilia & prodigia edidit: Hinc Ægyptij suspecti illum varijs modis accomodantes, in proprium usum converterunt.

Et amuleti loco usurparunt, Vebiculumque dixerunt Spiritus mundi. Addit Gretserus de Cruce. lib. 4. cap. 9. quem sequitur Silveit. à Petra-sanct. lib. 3. de Symbol. cap. 7. In annullo quem Pharaon Ægypti Rex dedit Iosepho Præregi, crucein sculptam fuisse argumentum suprema potestatis. Hinc Prudent. in Peristephan. à v. 2812.

Crux ista Christi, quam novellam dicitis.
Nascente mundo, factus ut primus est homo;
Expressa signis, expedita est literis,
Adventus eius mille per miracula
Prænantis ore Vatum consono:
Non desisterunt formam pingere crucis.
Crux prænotata, crux adumbrata est præter;
Crucem vetusta combiberunt secula.

(Vide quæ diximus, Tom. 4. T. 3. D. 2. n. 13. de Adami pomis, & varias crucis pulchras hieroglyphicas figuras, illarumque expositiones apud Kircher. loc. cit. & p. 1. Tom. 2. class. 4. cap. 8. Oedip. Ægypt. formata cruce in arbore imaginaria Sopheroth, sive de decem nominibus Dei. Quapropter qui non perceperunt in figura positam gratiam, virtutem illius deduxerunt in naturam, dicente Kircherio in Cabal. Saracenic. cap. 5. Philosophi & Medici Ægypti, partium Indiæ & Græciæ indicatur quatuor elementa quadratum sub figura crucis pingebant. & Pacuvius in Antiopa, succinir:

Quicquid est hoc, omnia animat, format, alit
Auret, creata, sepelit, recipit que in se omnia.

Ægyptij hinc figura portenta tribuunt, asserentes Moysis & Aäronis virgas tot miracula patrasse; quippe in illis lignata forma Crucis. Ita Abeneph. in Arabic. histor.

46 Audiendus Hebraus, quem reliqui Magistrum Sanctum appellant. Hic est Rabb. Simon localdes, qui in Secretor. investigatore, inquit: Virga illa qua Moyses & Aaron miracula faciebant in terra Ægypti, & postea in deserto floruit, gemmasque edidit, ab ea arbore excisa est, quam Moyses ostendit in deserto, ut aquæ amare dulces fierent: & hæc arbor excisa est ab arbore vitæ, quæ in paradysosita est Angelorum manibus; quam quidem miserunt Aä, cum ille misisset Seth filium suum ad paradysum, misericordiam Deimploratorem de suo peccato: dixeruntque Angeli ad Seth, ut plantaret banc arborem futuram, ut quo primum fructum faceret; misericordia Dei in eum descenderet, aperireturque porta cæli, quæ obstructa sunt. Hanc autem arborem, cum potius ramum accepit Seth, plantavitque in deserto, quam postea Moyses invenit, & ex ea virgam suam excidit, ideoque Dei virga dicta est. Cum autem Israel ad Marab confisteret, nec illas aquas bibere posset; Deus ostendit Moysi hanc arborem, qua aquas illas redderet dulces: & hæc est arbor illa, in qua Moyses serpentem imposuit, per quam Deus universum orbem salutem facere instituit, & mittere misericordiam suam super Adam, cum venerit Messias. Tunc enim hæc arbor fructus gestabit, quibus secundo amare aque efficiantur dulces, purgabitque primum peccatum, omnia delicta, quæ fecerunt, facturique sunt homines: Item intelliges cur Deus miserit serpentem Israël in deserto: & tamen præcepit Moysi: Fac tibi Serpentem, & pone eum super lignum, ut quicumque morsus viderit eum, vivat. Hoc enim significat, quod quicumque morsus fuerit à serpente peccatorum, respiciens in serpentem in arbore collocatum, supervivat: & quoniam ex arbore vita hic ramus excisus est, fructus eius vitam afferunt mundo. Ad eam Galatin. lib. 6. cap. 39. Sane Rab. Doctor: haud egemus dispositione verborum Salvatoris: Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis; ut omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam. Non ex arbore vitæ, sed quæ peccavit Adamus formatum lignum Crucis autumat Alcinus Avitus lib. 3. Genes. à v. 19. succinens:

Et tamen advenit tempus, cum crimina ligni
Per lignum sanet, purgetque novissimus Adam;
Materiamque ipsam faciat medicamina vitæ
Aureus ex alta cum pendens arbore serpens
Serpentis veteris morsus, atque omne venenum
Eluat, & veterem perimet sua forma draconem.

47 Dixi, Tom. 1. T. 5. D. 11. n. 5. astruuntque PP. Augustin. serm. 71. de Temp. inquit: Antiquorum relatione refertur, quod & Adam primus homo in ipso loco ubi crux fixa est, fuerit aliquando sepultus, & ideo Calvaria locum dictum esse; quia caput humani generis ibi dicitur esse sepultum. Vere non incongrue creditum, quia ibi erectus

Crux in annulo Iosephi.
Gretser.

Prudent.

Antiquus signum.

Mundus sub cruce.
Kircher.

Pacuv.

A cruce virga Aäronis & Moysis
& Baumatur-
ga.

Unde ea virga?

Rab. Sim.
Ab arbore vita.

Ioan. 3. 14
Et ligno in
peccato

Alc. Avit.

August.

se